



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

De Fenstris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11399

De tecto.

AN fornice, vel tabulato, vel tegulis tantum constet.

Quot fornicis arcibus, aut tabulatis tignis tectum constet; & quæ distantia ab vno tigno seu arcu ad alium.

Quot columnis pilifve constant naues; earumque inter se distantia, longitudo, latitudoque, seu crassitudo.

De Ostijs.

Ostia quot sint ad usum populi; & quibus in locis.

Item si quæ ad usum Sacristiæ, vel campanilis, vel Cœmeterij, vel cœdium clericalium.

De Fenestris.

Fenestræ quibus in locis sint.

De Capella maiori.

Situs & positura.

Mensura longitudinis, altitudinis, & latitudinis.

An fornicato opere, vel tabulato vsup.

Quo loco fenestræ.

Altitudo pavimenti capellæ à reliquo pavimento ecclesiæ.

Altitudo plani bradellæ à pavimento capellæ.

An ad Orientem capella spectet, vel ad aliam partem.

Distantia altaris à muro posteriori.

Distantia item à limine ingressus.

An in limine septum ferreum, lapideum, vel ligneum, alteriusve generis.

De Capellis, & altaribus minoribus.

Si quæ altaria sine capellis sint annexa parietibus, vel hemicyclis, seu niccis, commonstrentur, cum mensura latitudinis, altitudinis, ac concavitatis hemicycli, seu nicci; & quibus locis.

Mensura longitudinis, latitudinis, & altitudinis capellæ.

Item pavimenti eius à reliquo pavimento, tum plani bradellæ à pavimento capellæ distantia.

Eius tectum, an fornicatum, seu tabula-

tum, vsupra.

Quo loco fenestræ sint, ostiæve.

De illarum item & altarium septos.

De Campanili.

Quo loco in ecclesiæ.

Quo loco eius ostium.

Quot campanæ.

Quæ formæ campanilis.

De Baptisteris.

Quo loco.

Quæ forma.

De Cœmeteris.

Quo loco sit.

Quæ longitudo, & latitudo.

An in cœmeterio seruitus, transitus, aut fenestrarum prospectus parcho, vel alijs, etiam laicis.

An muris septum.

De situ exteriori.

AN situs à lateribus ecclesiæ & à tergo capellæ maioris sit ipsius Ecclesiæ, aut saltem publicus; atque ita amplius, vt locus sit capellis construendis, ampliandisve, vt opus aliquando erit. An si non ita sit, pretio tamen comparari facile possit. Idem commonstrandum est de finibus & situ ante ianuam seu faciem Ecclesiæ, si quando ab ea parte ecclesiam ampliari opus esset.

De Sacristia.

Quo loco sita sit.

Quæ longitudo, latitudo, altitudo.

Quo loco oratorium.

Quo loco labellum lauatorium.

Quo loco fenestræ.

Quo loco Ostia.

De Aedibus Parochialibus ecclesiasticisve.

AN Ecclesiæ annexe immediatè, vel media cohorte vel horto, & eiusmodi.